23. *caedes . .*] nach *vulnerum*, ein Wechsel der Konstr.; s. zu 5, 19, 2; Sall. Cat. 33, 1; Iug. 74, 3; oder § 23. 24: *caedes . . asportatam* hängen von dem nachfolgenden 'möge vergessen werden' ab, das wegen des hinzugefügten *cetera* in den Plural trat und so keine grammatisch genaue Beziehung zuläfst. — *Messenae*] s. 31, 31, 4. — *Cyparissiae*] die Hafenstadt von Messene an der Westküste des Landes. — *Charitelen**] die Sache scheint sonst nicht bekannt zu sein. — *ius . . ac fas*] s. 33, 33, 7. — *Aratum patrem filiumque*] jenen liefs er durch Gift töten; dieser wurde infolge einer Vergiftung durch Philipp wahnsinnig; s. Pol. 8, 14; Plut. Arat. 52. 54. — *parentem etiam . .*] Aratus hatte die Verbindung der Achäer mit Macedonien eingeleitet und sowohl mit Antigonos, als mit

24 solitus esset, interfectos, filii etiam uxorem libidinis causa in Ma-
cedoniam asportatam, cetera stupra virginum matronarumque
25 oblivioni dentur; ne sit cum Philippo res, cuius crudelitatis metu
obmutuistis omnes — nam quae alia tacendi advocatis in conci-
lium causa est? —; cum Antigono, mitissimo ac iustissimo rege
et de nobis omnibus optime merito, existimemus disceptationem
26 esse: num id postularet facere nos, quod fieri non posset? paene
insula est Peloponnesus, angustis Isthmi faucibus continenti ad-
haerens, nulli apertior neque opportunior quam navali bello.
27 si centum tectae naves et quinquaginta leviores apertae et triginta
Issaei lembi maritimam oram vastare et expositas prope in ipsis
litoribus urbes coeperint oppugnare, in mediterraneas scilicet
nos urbes recipiemus, tamquam non intestino et haerente in ip-
28 sis visceribus uramur bello! cum terra Nabis et Lacedaemonii,
mari classis Romana urgebunt, unde regiam societatem et Mace-
donum praesidia inplorem? an ipsi nostris armis ab hoste Ro-
mano tutabimur urbes, quae oppugnabuntur? egregie enim Dy-
29 mas priore bello sumus tutati! satis exemplorum nobis clades

Philipp im besten Verhältnisse gestanden, bis dieser Messene mifshandelte.

24. *filii etiam* uxorem*] sie hiefs Polykratia; s. 27, 31, 8.

25. *ne sit** . .] statt einfach fortzufahren *fieri omnino non potest, ut Philippi societatem tueamur* oder in einer ähnlichen Wendung, wird durch den Kontrast mit der Milde des Antigonos Doson die Grausamkeit Philipps in ein grelleres Licht gestellt und zugleich angedeutet, dafs nur ein so rücksichtsloser König verlangen könne, die Bundesgenossen sollten sich für ihn in das Verderben stürzen, nicht ein billiger und gerechter. — *cuius crudelitatis*] s. 4, 16, 7. — *nam quae* . .] dafs wohl manche die Römer fürchteten, ist übergangen; s. 31, 29, 14; vgl. zu 32, 19, 8. — *optime merito*] er wird auch sonst von Livius und Polybios gepriesen; s. 5, 4. 22, 10. 34, 11; 40, 54, 4; Pol. 2, 48 f. 70; 4, 87; 5, 9.

26—29. Der Peloponnes kann durch die Achäer nicht verteidigt, durch Philipp nicht geschützt werden.

26. *postularet facere nos*] s. 33, 6; zu 26, 22, 6. — *fieri*]* — *paene insula*] s. zu 31, 40, 1. — *angustis* . .] s. 31, 40, 1; 33, 17, 6; eine andere Schilderung wird 36, 32, 6 gegeben. — *apertior*] s. 25, 16, 22.

27. *leviores*] im Vergleich mit den *tectae*, nicht mit anderen *apertae*, also = *leviores quae apertae sunt*; s. 31, 22, 8. — *Issaei*] s. zu 31, 45, 10. — *expositas*] s. 5, 54, 4. — *in mediterraneas scilicet* . .] vgl. § 17. — *haerente in* . .] s. § 18; 19, 6. — *uramur*] s. 27, 29, 9.

28. *inplorem*] der Singular statt des mit dem Vorhergehenden und Folgenden besser übereinstimmenden Plural *inploremus* erklärt sich aus der Lebhaftigkeit der Rede; vgl. 22, 59, 18. — *an ipsi* . .] d. h. Hülfe aber müssen wir haben; oder werden wir allein ..? — *ab hoste Romano*] s. 24, 8, 1. — *enim*] wie 31, 7, 12. — *Dymas*] östlich am äufseren korinthischen Meerbusen; die Sache ist wohl die 27, 31, 9 kurz erwähnte; vgl. Paus. 7, 17, 3.

alienae praebent; ne quaeramus, quem ad modum ceteris exem-
plo simus.
Nolite, quia ultro Romani petunt amicitiam, id quod op- 30
tandum vobis ac summopere petendum erat, fastidire. metu 31
enim videlicet compulsi et deprensi in aliena terra, quia sub um-
bra vestri auxilii latere volunt, in societatem vestram confugiunt,
ut portibus vestris recipiantur, ut commeatibus utantur! mare 32
in potestate habent; terras, quascunque adeunt, extemplo dicio-
nis suae faciunt. quod rogant, cogere possunt; quia pepercisse
vobis volunt, committere vos, cur pereatis, non patiuntur. nam 33
quod Cleomedon modo tamquam mediam et tutissimam vobis
viam consilii, ut quiesceretis abstineretisque armis, ostendebat, ea
non media, sed nulla via est. etenim praeterquam quod aut acci- 34
pienda aut spernenda vobis Romana societas est, quid aliud quam
nusquam gratia stabili, velut qui eventum expectaverimus, ut
fortunae applicaremus nostra consilia, praeda victoris erimus?

29. *ne quaeramus*] 'hüten wir uns . .'; s. 41, 24, 15. — *exemplo*] vorher *exemplorum*; der in dem Wortspiele liegende Gedanke 'Beispiele anderer müssen euch warnen (den Römern zu widerstehen), damit ihr nicht andern zur Warnung werdet' (s. 1, 28, 10) bildet den Übergang zum folgenden Teile.

30—32. Wir müssen das grofsmütig dargebotene Bündnis annehmen.

30. *ultro* . .] Ausführung von § 6. — *summopere*]*

31. *videlicet*] stellt den Gedanken noch besonders als ironisch dar; s. § 28: *enim.* — *sub umbra*] s. 7, 30, 18; 34, 9, 10; Verg. Aen. 11, 223.

32. *(id) cogere*] s. 4, 26, 3. — *pepercisse*] scheint zugleich den Erfolg der Handlung einzuschliefsen und so einen Inf. Praes. zu vertreten, wie *vobis consultum esse volunt*; s. 23, 15, 10; 28, 41, 5; 30, 14, 6; vgl. 40, 10, 5; zu 24, 16, 11; = sie könnten euch ohne weiteres vernichten oder zwingen, euch an sie anzuschliefsen, aber sie wollen euch schonen und durch das Anerbieten des Bündnisses Gelegenheit geben, dafs ihr dem Verderben zu entgehen suchen sollt, das euch droht, wenn ihr das Bündnis zurückweist; vgl. zum Gedanken 37, 32, 8.

33—34. Ihr könnt der Gefahr auch nicht entgehen, wenn ihr nach dem (§ 5) gegebenen Rat neutral bleiben wolltet.

33. *nam* . .] d. h. man könnte sagen, es gebe auch wohl noch einen anderen Weg; aber dem ist nicht so, denn . .

34. *praeterquam quod . . quid aliud*] *quid aliud* . . ist hier nicht steigernd (s. 22. 11; 30, 26, 5), sondern begründet nur das Vorhergehende. Der Redner sagt, was er bis jetzt allein bewiesen hat: ihr könnt nur entweder das Bündnis der Römer annehmen oder durch das Festhalten des macedonischen das römische zurückweisen; denn wenn ihr keines von beiden wollt (d. h. neutral bleiben wollt), so werdet ihr . . nur die Beute des Siegers werden; vgl. zur Situation 24, 28, 7; 35, 49, 13. — *expectaverimus*] schneller Übergang in die erste Person; vgl. § 28: *inplorem.*

35—37. Aufforderung, die günstige Gelegenheit zu benutzen.

35 nolite, si, quod omnibus votis petendum erat, ultro offertur, fastidire. non, quem ad modum hodie utrumque vobis licet, sic sem-
36 per liciturum est; nec saepe nec diu eadem occasio erit. liberare vos a Philippo iam diu magis vultis quam audetis. sine vestro labore et periculo qui vos in libertatem vindicarent, cum magnis
37 classibus exercitibusque mare traiecerunt. hos si socios aspernamini, vix mentis sanae estis; sed aut socios aut hostes habeatis oportet.'

22 Secundum orationem praetoris murmur ortum aliorum cum
2 adsensu, aliorum inclementer adsentientes increpantium; et iam non singuli tantum sed populi universi inter se altercabantur. tum inter magistratus gentis — damiurgos vocant; decem numero creantur — certamen nihilo segnius quam inter multitudi-

35. *nolite . .*] absichtlich aus § 30 wiederholt. — *quem ad modum . .*] s. 25, 28, 9. 38, 18. — *liciturum est*] s. 42, 36, 6.

36. *liberare*] weil das Bündnis mit Philipp nur scheinbar war und in der That Abhängigkeit bestand; s. zu § 5. Auffallend ist, dafs der Redner weder dieses neue Motiv noch die Unzuverlässigkeit Philipps in seinen Versprechungen (s. 5, 4) ausführt. — *audetis*] wie § 2. — *cum magnis classibus . .*] wiederholt § 6 und 18 ff.

37. *sed*] bricht kurz ab, = doch ich füge nichts hinzu, aber das wifst: entweder . .; s. 31, 29, 16; der Gedanke wie § 34: *aut accipienda . .* Eine Verteidigung des macedonischen Bündnisses (wie 41, 24, 1 ff.) oder der Neutralität hat Liv. wahrscheinlich bei Polybios, dem ohne Zweifel die Rede des Aristänus entlehnt ist, nicht gefunden; dafs aber nicht alle wie Aristänus die § 36 ausgesprochene Hoffnung: *vos in libertatem vindicarent* hegten, zeigen die im folgenden geschilderten Scenen.

22. 1. *cum adsensu*] ist nähere Bestimmung zu *murmur*, = 'ein *murmur*, in dem sich . . aussprach'; dem Begriff *cum adsensu* entspricht im folgenden *increpantium*; vgl. 25, 4; 3, 54, 10; 5, 21, 11; 34, 50, 2 u. a.

2. *et iam*] 'und alsbald' kam es so weit, dafs . . — *populi*] s. 20, 7. — *magistratus*] bei Polybios heifsen sie *ἄρχοντες* 4, 72; 5, 1 u. a.; *συνάρχοντες* 24, 12; *προεστῶτες* 4, 9; 40, 3; *ἀρχαί* 23, 10; auch *γερουσία* 38, 5 (verschieden von der *βουλή*; s. 2, 46, 4 ff.; 23, 7, 3); *δημιουργοί* 24, 5; Plut. Arat. 43; sie bilden die ständige Behörde des Bundes, welche die laufenden Geschäfte besorgte und die Bundesversammlung berief; s. § 3; 20, 3; Hermann, StAlt. 1, 555, Schömann 2, 110. Ursprünglich waren die 10 Bundesstaaten (s. 20, 7) je durch einen Damiurgen vertreten, daher 38, 30, 4: *damiurgos civitatium, qui summus est magistratus*, die Zahl der letzteren blieb auch dieselbe, als die Zahl der Bundesstaaten gröfser wurde; s. Schorn 62. — *damiurgos*] vgl. 38, 30, 4 u. a; ebenso *Damarata* 24, 22, 8; *Damocritus* 31, 32, 1; *Nasus* 25, 24, 8; 26, 24, 15 u. a.; *Tycha* 24, 21, 7; 25, 25, 5; *Kephallania* 37, 13, 11 u. a.; *Nicodamus* 38, 5, 6; *Eudamus* 37, 12, 9 u. a.; deshalb ist wohl anzunehmen, dafs Polybios, dem Liv. hier folgt, selbst diese dorischen Formen gebraucht hat, obgleich jetzt bei ihm *δημιουργός* u. s. w. gelesen wird. — *multitudo*] diese umfafst hier auch die *principes*.

nem esse. quinque relaturos de societate Romana se aiebant 3
suffragiumque daturos; quinque lege cautum testabantur, ne
quid, quod adversus Philippi societatem esset, aut referre magi-
stratibus aut decernere concilio ius esset. is quoque dies iurgiis
est consumptus.

Supererat unus iusti concilii dies; tertio enim lex iubebat 4
decretum fieri; in quem adeo exarsere studia, ut vix parentes ab
liberis temperaverint. Pisias Pellenensis erat; filium damiurgum 5
nomine Memnonem habebat, partis eius, quae decretum recitari
perrogarique sententias prohibebat. is diu obtestatus filium, ut 6
consulere Achaeos communi saluti pateretur neu pertinacia sua
gentem universam perditum iret, postquam parum proficiebant 7

3. *quinque . .*] nach diesen Worten und der folgenden Verhandlung nimmt Liv. nur 10 Damiurgen an, und diese allein haben das Recht zu bestimmen, welche Anträge an die Versammlung gebracht werden sollen. Ob unter den 10 Damiurgen auch der Strateg, Hipparch und Bundeskanzler begriffen sind, geht aus der Darstellung nicht hervor. Da jedoch der Strateg und Hipparch besonders gewählt werden, so erscheinen sie schon dadurch von den Damiurgen verschieden; wenn es gleichwohl 35, 25, 7 heifst: *is* (*Philopoemen*, damals Strateg) *praefatus bene comparatum apud Aetolos esse, ne praetor, cum de bello consuluisset, ipse sententiam diceret* (vgl. 38, 31, 1), so ist dort von einer Verhandlung in der Volksversammlung die Rede, nicht von einer Beratung der Damiurgen über einen an das Volk zu bringenden Antrag, der in der Versammlung, wie in Rom ein Senatskonsult, nur entweder angenommen oder abgelehnt werden konnte. Ein solcher Antrag ist an u. St. mit *relaturos* gemeint, nachdem 20, 4 der Gegenstand der Verhandlung bezeichnet ist; und ein Beschlufs konnte, wie u. St. zeigt, nur gefafst werden, wenn nach stattgehabter Verhandlung die Mehrzahl der Damiurgen sich für einen Antrag erklärte; dieser Antrag hiefs προβούλευμα (daher die Damiurgen auch πρόβουλοι; s. Plut. Philop. 21) und wurde nach 38, 31. 1 von dem Strategen in der Volksversammlung vorgetragen (*referebat*). Im vorliegenden Falle stimmen 5 Damiurgen dafür, dafs dem Volke das Bündnis mit Rom vorgeschlagen werden solle. — *suffragiumque daturos*] nicht 'sie würden selbst abstimmen', sondern 'sie würden der Versammlung durch Vorlegung eines Beschlusses der Damiurgen die Möglichkeit geben abzustimmen'; s. 4. 49, 16: *iam si suffragium detur, hunc praeferetis.* — *quoque*] bezieht sich nur auf *consumptus*, nicht auch auf *iurgiis*; = der Tag wurde hingebracht wie der erste, aber mit . .; vgl. 19, 13.

4. *tertio*] s. 20, 1. — *lex*] ein Artikel der Bundesverfassung. — *decretum fieri*] vgl. 8, 39, 13. — *in quem . .*] 'für diesen Tag' statt 'für die Verhandlungen an diesem Tage'; zum Ausdr. vgl. 7, 25, 9: *in quae laboramus.*

5. *Pisias*]* — *Pellenensis*] 'aus Pellene', der östlichsten eigentlich achäischen Stadt. — *erat*] s. 7, 26, 2. — *decretum recitari*] ist hier dasselbe wie § 3: *relaturos*; § 4 ist es Beschlufs des Volkes. — *perrogarique*] von dem römischen Senate (s. 34, 23, 1) auf die Volksversammlung übertragen.

6. *diu obtestatus*] vgl. die Scene

preces, iuratus se eum sua manu interempturum nec pro filio
8 sed pro hoste habiturum minis pervicit, ut postero die coniungeret iis se, qui referebant. qui cum plures facti referrent, omnibus fere populis haud dubie approbantibus relationem ac prae
9 se ferentibus, quid decreturi essent, Dymaei ac Megalopolitani et quidam Argivorum, priusquam decretum fieret, consurrexerunt ac reliquerunt concilium neque mirante ullo nec improbante.
10 nam Megalopolitanos avorum memoria pulsos ab Lacedaemoniis restituerat in patriam Antigonus, et Dymaeis, captis nuper direptisque ab exercitu Romano, cum redimi eos, ubicumque servirent, Philippus iussisset, non libertatem modo sed etiam patriam
11 reddiderat; iam Argivi, praeterquam quod Macedonum reges ab se oriundos credunt, privatis etiam hospitiis familiarique amicitia
12 plerique illigati Philippo erant. ob haec concilio, quod inclinaverat ad Romanam societatem iubendam, excesserunt, veniaque iis huius secessionis fuit et magnis et recentibus obligatis benefi-
23 ciis. ceteri populi Achaeorum, cum sententias perrogarentur,

23, 8, 9. — *perditum iret*] s. 2, 6, 3; 26, 27, 10; vgl. Pol. 18, 13, 8 über Aristänus: *εἰ γὰρ μὴ σὺν καιρῷ τότε μετέρριψε τοὺς Ἀχαιοὺς Ἀρίσταινος . ., φανερῶς ἄρδην ἀπωλώλει τὸ ἔθνος. νῦν δὲ . . αὐξήσεως τῶν Ἀχαιῶν ὁμολογουμένως . . αἴτιος ἐδόκει γεγονέναι· διὸ καὶ πάντες αὐτὸν οὐχ ὡς προδότην, ἀλλ' ὡς εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τῆς χώρας ἐτίμων.*

7. *preces*]*

8. *referebant*] wie § 3; über die Form s. 34, 1, 7. — *plures facti*] 'als sie die Majorität hatten'. — *approbantibus . .*] sie stimmen noch nicht ab, sondern geben ihren Beifall zu erkennen und zeigen, wie sie stimmen werden.

9. *Dymaei*] s. 21, 28. — *Megalopolitani*] vgl. 5, 5. Megalopolis und Argos, welches jedoch nach u. St. noch vertreten bliebe (*quidam*; vgl. 25, 4), waren die gröfsten Städte des Bundes.

10. *avorum memoria*] s. zu 31, 12, 10. — *pulsos . .*] im Kleomenischen Kriege war Megalopolis von den Spartanern erobert und zum Teil zerstört worden, die Einwohner hatten sich nach Messene geflüchtet; s. Pol. 2, 51. 55. 61. 64; Plut. Arat. 36 f.; Cleom. 6; Antigonos hatte die Stadt wiederherstellen lassen; vgl. jedoch Pol. 5, 93; Paus. 4, 29; 8, 27. Dies war 226 v. Chr. geschehen; der Ausdruck *avorum memoria* ist also ebenso ungenau wie 34, 26, 13: *per aliquot aetates.*

11. *iam*] s. 1, 9, 9. — *oriundos*] s. 27, 30, 9; vgl. Herod. 5, 22; 8, 137 f. — *illigati Philippo*] gewöhnlich steht bei diesem Verbum der Dativ der Sache; s. 21, 11.

12. *societatem iubendam*] wie *bellum iubere* 7, 6, 7; *rogationem iubere* 1, 17, 9; 33, 2, 6. — *secessionis*] Trennung bei der Abstimmung, nicht von dem Bunde überhaupt; vgl. 25, 3.

23. 1. *ceteri . .*] Appian.: *οἱ πλείονες ᾕρουντο τὰ Φιλίππου καὶ ἀπεστρέφοντο Ῥωμαίους* spricht von der Zeit, wo sich die 22, 9 erwähnten Staaten noch nicht entfernt haben (vgl. 19, 7), welche in Verbindung mit den das Bündnis Verwerfenden unter den Zurückgebliebenen wohl die Mehrheit sein konnten. — *cum sententias perrogarentur*] 'als die einzelnen der

societatem cum Attalo ac Rhodiis praesenti decreto confirmarunt;
cum Romanis, quia iniussu populi non poterat rata esse, in id 2
tempus, quo Romam mitti legati possent, dilata est; in praesentia 3
tris legatos ad L. Quinctium mitti placuit et exercitum omnem
Achaeorum ad Corinthum admoveri captis Cenchreis iam urbem
ipsam Quinctio oppugnante.

Et hi quidem e regione portae, quae fert Sicyonem, posue- 4
runt castra; Romani *in* Cenchreas versam partem urbis, Attalus
traducto per Isthmum exercitu ab Lechaeo, alterius maris portu,
oppugnabant, primo segnius, sperantes seditionem intus fore
inter oppidanos ac regium praesidium. postquam uno animo 5
omnes, et Macedones tamquam communem patriam tuebantur,
et Corinthii ducem praesidii Androsthenen haud secus quam ci-
vem et suffragio creatum suo imperio in se uti patiebantur. omnis
inde spes *op*pugnantibus in vi et armis et operibus erat. undi- 6

Reihe nach um ihre Meinung gefragt wurden'; anders 22, 5; sonst scheint sich *perrogare* im Passiv mit dem Accusativ *sententias* nicht zu finden, wie es bei *rogare* der Fall ist; übrigens scheinen nicht die Stimmen der einzelnen, sondern die der Staaten, wie in Rom die der Centurien und Tribus, gezählt worden zu sein. — *cum Attalo* . .]* — *praesenti decreto*] durch den Volksbeschlufs (s. 22, 8) wurde das Bündnis, das Attalus und die Rhodier verlangt hatten, da diese anwesend waren, sogleich gültig, trat sofort in Kraft; von römischer Seite hatte es nur L. Quinctius durch Gesandte begehrt, das römische Volk mufste den förmlichen Abschlufs erst genehmigen oder das vorläufig Abgeschlossene bestätigen; s. 9, 9, 3; 21, 18, 10; 26, 24, 14; dies konnte nur in Rom geschehen, weshalb für jetzt nur beschlossen wird, gelegentlich Gesandte dorthin zu schicken; diese stiefsen daselbst auf Schwierigkeiten; s. Pol. 18, 25; vgl. jedoch Liv. 32, 34, 12.

3. *exercitum* . .] s. 31, 25, 7; sie hofften sogleich Korinth zu erhalten nach dem 19, 4 gegebenen Versprechen.

23, 3—25. Bestürmung von Korinth. Eroberung von Elatea. Paus. 7, 8, 1.

4. *et hi quidem*] die Achäer. — *e regione*] s. 26, 5, 8. — *Sicyonem*] an der Westseite, die Römer an der Ostseite, Attalus an der Nordseite, entsprechend den drei Hauptstrafsen, die nach Korinth führten. — *Cenchreas*] am saronischen, Lechäum, die zweite Hafenstadt Korinths und mit diesem durch lange Mauern verbunden, am korinthischen Meerbusen (*alterius maris*). — *intus*] s. 31, 46, 14; 38, 6, 8.

5. *uno animo* . .] die Korinther haben sich in den 24 Jahren, seit sie von Macedonien abhängen (s. 19, 4), ganz macedonisiert und wollen von einer Verbindung mit den Achäern und Römern nichts wissen. — *omnes et . . et*] s. 1, 2. — *tamquam communem patriam*] das Verglichene fehlt (wie 31, 23, 9), näml. *urbem* oder *Corinthum*; s. 2, 2, 3. — *suffragio creatum suo*] nach römischer Weise, nach welcher das Imperium infolge der Wahl durch das Volk erteilt wird. — *omnis inde spes* . .] vgl. 24, 34, 12; über *inde* im Nachsatze, das sich vielleicht nur bei Liv. findet, s. zu 4, 47, 2; vgl. 17, 5. 24, 2: *tum*. — *oppugnantibus*]*

7 que aggeres haud facili aditu ad moenia admovebantur. aries ex ea parte, quam Romani oppugnabant, aliquantum muri diruerat; in quem locum, quia nudatus munimento erat, protegendum armis cum Macedones concurrerent, atrox proelium inter eos ac
8 Romanos ortum est. ac primo multitudine facile expellebantur Romani; adsumptis deinde Achaeorum Attalique auxiliis aequabant certamen, nec dubium erat, quin Macedonas Graecosque fa-
9 cile loco pulsuri fuerint. transfugarum Italicorum magna multitudo erat, pars ex Hannibalis exercitu metu poenae a Romanis Philippum secuta, pars navales socii relictis nuper classibus ad spem honoratioris militiae transgressi; hos desperata salus, si Romani vicissent, ad rabiem magis quam audaciam accendebat.
10 promunturium est adversus Sicyonem Iunonis, quam vocant Acraeam, in altum excurrens; traiectus inde Corinthum septem
11 fere milium passuum. eo Philocles, regius et ipse praefectus, mille et quingentos milites per Boeotiam duxit. praesto fuere ab Corintho lembi, qui praesidium id acceptum Lechaeum traice-

6. *undique*] das Asyndeton zur Belebung der Darstellung. — *haud facili aditu*] steht konzessiv zu *admovebantur*; Korinth lag auf einem tafelähnlichen aus der Isthmusebene sich erhebenden Felsen, an welchem 556 m hoch der steile Berg hervorragte (vgl. zu 45, 28, 2), auf dem die Burg Akrokorinth stand, eine der bedeutendsten Festungen Griechenlands; s. 37, 3; 34, 49, 5.

8. *pulsuri fuerint*] s. zu 10, 45, 3; zu ergänzen ist der Kondizionalsatz *si cum iis solis pugnassent*, für den der folgende Satz *transfugarum* .. eingetreten ist.

9. *multitudo erat*] s. 22, 5. — *ex Hannibalis exercitu*] nach der Auflösung desselben infolge der Schlacht bei Naraggara; s. 30, 33, 6. 35, 9. — *a Romanis*] steht attributiv zu *poenae*; vgl. 27, 5, 6: *fides a*; 28, 15, 4: *aestus a sole*; zu 2, 24, 3. — *secuta*] häufiger ist nach vorhergehendem *pars* die Konstr. nach dem Sinne (*secuti*); s Sall. Iug. 15, 2 u. a. — *navales socii*] römische Libertinen und Bundesgenossen; s. 22, 11, 8; der Seedienst war geringer geachtet als der zu Lande (s. Mms. RG. 1[5], 523), daher *honoratioris* = ehrenvoller und einträglicher; s. 24, 21, 3; 45, 36, 4. — *desperata salus*] kurz statt *quod videbant de salute sibi desperandum esse*. — *quam*] ohne Wiederholung der Präposition, wie 3, 19, 4; 4, 58, 4: *in senatu magis quam tribunis*; 23, 34, 11; 27, 43, 7 u. a.; häufiger wird dieselbe wiederholt; s. 14, 6; 33, 22, 5; 34, 22, 5 u. a.

10. *promunturium est* ..] sowohl dieser Satz als der vorhergehende § 9: *transfugarum* .. und die folgenden § 12: *auctor* .. *is* .. stehen ohne Verbindung, weil Liv. nur die wichtigsten Momente aufzählt. — *promunturium*] in der Korinth gehörenden Landschaft Peräa jenseits des Isthmus, gegenüber der Landspitze von Sikyon, mit der es den achäischen Meerbusen bildet. — *Iunonis* ..] s. Strabo 8, 6, 22, S. 380: τὸ τῆς Ἀκραίας μαντεῖον Ἥρας; das Heraion, j. Hagios Nicolaos. — *in altum excurrens*] vgl. zu 44, 11, 3.

11. *per Boeotiam*] von Euböa aus; s. 16, 12. — *ab Corintho*] kann zu *lembi* und zu *praesto fuere* genommen werden. — *traicerent*] dafs sie dahin gebracht sind, und der Weg

rent. auctor erat Attalus incensis operibus omittendae extemplo 12
oppugnationis; pertinacius Romanus in incepto perstabat. is
quoque, ut pro omnibus portis disposita videt praesidia regia nec
facile erumpentium impetus sustineri posse, in Attali sententiam
concessit. ita inrito incepto dimissis Achaeis reditum ad naves 13
est. Attalus Piraeum, Romani Corcyram petierunt.

Dum haec ab navali exercitu geruntur, consul in Phocide 24
ad Elatiam castris positis primo colloquiis rem per principes Ela-
tensium temptavit; postquam nihil esse in manu sua et plures 2
validioresque esse regios quam oppidanos respondebatur, tum si-
mul ab omni parte operibus armisque urbem est adgressus. ariete 3
admoto cum quantum inter *duas* turres muri erat prorutum cum
ingenti fragore ac strepitu nudasset urbem, simul et cohors Ro-
mana per apertum recenti strage iter invasit, et ex omnibus oppidi 4
partibus relictis suis quisque stationibus in eum, qui premebatur
impetu hostium, locum concurrerunt. eodem tempore Romani 5
et ruinas muri supervadebant et scalas ad stantia moenia infere-
bant. et dum in unam partem oculos animosque hostium cer-
tamen averterat, pluribus locis scalis capitur murus, armatique
in urbem transcenderunt. quo tumultu audito territi hostes relicto, 6
quem conferti tuebantur, loco in arcem omnes, inermi quo-
que sequente turba, confugerunt. ita urbe potitur consul. qua 7
direpta missis in arcem, qui vitam regiis, si inermes abire vellent,
libertatem Elatensibus pollicerentur, fideque in haec data post
dies paucos arcem recipit.

von dem Lechäum nach der Stadt zwischen den Mauern noch frei ist, wird im folgenden vorausgesetzt. Die römische Flotte steht im saronischen Hafen und kann die Überfahrt nicht hindern.

12. *pertinacius*] vgl. 35, 51, 9. — *Romanus*]* — *pro .. portis*] vorn auf den um die Thore breiten Mauern (s. 31, 24, 9), aus denen sie dann hervorbrechen (*erumpentium*). — *omnibus*] die drei § 1 Bezeichneten.

24. 1. *navali exercitu*] findet sich nicht oft so gesagt. — *Elatiam*]*

2. *esse in manu sua*] wie 45, 36, 5: *aliquid in militum manu esse*; ähnlich 26, 8, 11; 34, 21, 2; Sall. Iug. 14, 4 u. a.; vgl. 31, 45, 4: *suae potestatis*.

3. *admoto ..*]* — *quantum .. erat prorutum*] ist zusammenzunehmen und vertritt das Subjekt zu *nudasset*; = der Einsturz von .. — *inter duas turres*] s. 1, 10; 42, 63, 6. — *nudasset*] vgl. 21, 8, 5. — *cohors Romana*] s. 34, 28, 7. — *strage*] wie sonst *ruina*; s. § 5; 31, 46, 15. — *invasit*] absolut, = 'brach ein'. — *relictis suis quisque ..*] s. zu 2, 38, 6.

5. *dum .. averterat*] = *dum averterat et aversos tenebat*; auf diese Dauer des Erfolgs (s. 12, 3) bezieht sich *dum*; vgl. Cic. p. SRosc. 91: *dum is aliis rebus erat occupatus.* — *in unam partem .. averterat*] s. 1, 12, 10.

6. *tuebantur*] d. h. sie gaben den Punkt auf, den sie bisher schützten; vgl. 27, 28, 17; 34, 44, 5.

7. *libertatem*] s. 17, 2. — *in haec*] s. 30, 8; zu 21, 42, 2; vgl.

25 Ceterum adventu in Achaiam Philoclis, regii praefecti, non
Corinthus tantum liberata obsidione, sed Argivorum quoque civi-
tas per quosdam principes Philocli prodita est temptatis prius
2 animis plebis. mos erat comitiorum die primo velut ominis causa
praetores pronuntiare Iovem Apollinemque et Herculem; addi-
3 tum lege erat, ut his Philippus rex adiceretur. cuius nomen post
pactam cum Romanis societatem quia praeco non adiecit, fremi-
4 tus primo multitudinis ortus, deinde clamor subicientium Phi-
lippi nomen iubentiumque legitimum honorem usurpare, donec
5 cum ingenti adsensu nomen recitatum est. huius fiducia favoris
Philocles arcessitus nocte occupat collem imminentem urbi —
Larisam eam arcem vocant — positoque ibi praesidio cum lucis
principio signis infestis ad subiectum arci forum vaderet, in-
6 structa acies ex adverso occurrit. praesidium erat Achaeorum,
nuper impositum, quingenti fere iuvenes delecti omnium civita-
7 tium; Aenesidemus Dymaeus praeerat. ad hos orator a praefecto

33, 30, 10; es ist die bedingte Deditio.

25. Argos geht zu Philipp über.

1. *per quosdam . .*] übereinstimmend mit 22, 9; unter der Aristokratie scheinen zwei Parteien bestanden zu haben, und die grofse Menge (s. *temptatis*; § 3: *fremitus multitudinis*; § 7: *qui idem . .*) macedonisch gesinnt gewesen zu sein.

2. *comitiorum*] nach dem Folgenden für die Wahl von Prätoren. — *primo*] ist Adverb, = 'gleich anfangs'; daher *velut ominis*; *primo* mit *die* zu verbinden ist weniger gut, da man nicht sieht, warum die Wahl mehrere Tage gedauert habe; und selbst, wenn dies der Fall gewesen wäre, würde man eine Andeutung, dafs das *pronuntiare* im Anfange stattgefunden habe, erwarten. — *Iovem . . Herculem*] seit alter Zeit in Argos verehrte Götter, denen Philipp an die Seite gestellt wird; s. 34, 11; 31, 44, 4. — *additum lege**] auch sonst unterscheidet Liv. zwischen *lex* und *mos*; s. 34, 5; 31, 29, 12; 34, 9, 6 u. a.; jenes war ein uralter Gebrauch, dieses eine gesetzliche Betimmung aus neuer Zeit; s. § 4.

3. *post . . societatem*] man glaubt sich also an den Beschlufs der Versammlung gebunden.

4. *subicientium*] s. 22, 1. — *usurpare*] wie *ius usurpare* 27, 8, 9 u. a.; = er solle Gebrauch von der Ehrenbezeugung machen, sie Philipp zukommen lassen, für ihn in Anwendung bringen.

5. *collem . .*] 'ein 282 m hoher nach allen Seiten steiler Felsberg, eine der festesten Akropolen Griechenlands', an dessen Fufse die Stadt lag; vgl. 34, 25, 5. — *posito*] wie 40, 30, 3 und oft bei Cäsar; sonst gewöhnlich *imponere*; s. § 6. — *forum*] östlich unmittelbar unter der Larisa.

6. *nuper impositum*] weil man der Stadt mifstraute, oder zum Schutz gegen Nabis. — *delecti omnium civitatium*] obgleich *delecti* sonst oft mit dem Genetiv verbunden wird (s. 26, 5, 3; 38, 1, 4 u. a.), so ist doch u. St. verschieden, da *civitatium* andere Gegenstände bezeichnet als die *delecti*; daher Caes. BG. 7, 21, 2: *milia . . delecta ex omnibus copiis.* — *Dymaeus*] s. 21, 28.

7. *orator*] s. 17, 2; 2, 13, 7; das

regio missus, qui excedere urbe iuberet: neque enim pares eos
oppidanis solis, qui idem quod Macedones sentirent, nedum ad-
iunctis Macedonibus esse, quos ne Romani quidem ad Corinthum
sustinuissent, primo nihil nec ducem nec ipsos movit; post paulo, 8
ut Argivos quoque armatos ex parte altera venientis magno agmi-
ne viderunt, certam perniciem cernentes, omnem tamen casum,
si pertinacior dux fuisset, videbantur subituri. Aenesidemus, 9
ne flos Achaeorum iuventutis simul cum urbe amitteretur, pactus
a Philocle, ut abire illis liceret, ipse quo loco steterat armatus
cum paucis clientibus non excessit. missus a Philocle, qui quae- 10
reret, quid sibi vellet. nihil statu moto, cum proiecto prae se
clipeo staret, in praesidio creditae urbis moriturum se armatum
respondit. tum iussu praefecti a Thraecibus coniecta tela inter-
fectique omnes. et post pactam inter Achaeos ac Romanos socie- 11
tatem duae nobilissimae urbes, Argi et Corinthus, in potestate
regis erant. haec ea aestate ab Romanis in Graecia terra mari- 12
que gesta.

In Gallia nihil sane memorabile ab Sex. Aelio consule ge- **26**

§ 9 folgende *pactus* setzt Verhandlungen voraus. — *nedum .. ne quidem*] doppelte Steigerung. — *nec ipsos*] ‘noch die Soldaten selbst’, näml. die § 6 genannten *iuvenes delecti*; sonst wird gewöhnlich umgekehrt mit *ipse* der Anführer bezeichnet; s. 22, 46, 7; 27, 15, 13 u. a.

8. *pertinacior*] er für seine Person war es, wie das Folgende zeigt, aber nicht in Rücksicht auf die Behauptung der Stadt, da er sich sogleich auf einen Vertrag einliefs. — *videbantur subituri*] s. zu 5, 26, 10.

9. *Aenesidemus*] Asynd. advers. — *a Philocle*] vgl. Sall. Iug. 26, 1: *tantum ab eo vitam paciscatur.* — *cum paucis clientibus*] gehört zu *steterat*; zu *excessit* ist *ex eo* oder *inde* zu denken; s. 6, 4, 5; 27, 42, 10.

10. *missus*] näml. *est*; die Rede ist abgerissen wie 23, 10. — *quid sibi vellet*] s. 3, 35, 5. 50, 15 u. a. — *nihil statu moto**] ‘ohne seine Stellung im geringsten zu verändern’; s. Plaut. Mil. 206; *crebro conmutat status*; vgl. 1,55, 4: *motam sedem*; 34, 54, 8: *nihil motum ex antiquo*; ähnlich Cic. Tusc. 3, 15: *corpus statu cum est motum* und bei Liv. *statu movere* vom besiegten Feinde. — *cum . .*] Erklärung von *statu.* — *prae se*] s. zu 17, 13. — *staret*] die Wiederholung von *staret* nach *statu* ist nicht störend; vgl. Plaut. Mil. 1389: *stat in statu senex*; Liv. 30, 2, 8: *si eodem statu res publica staret.* — *in praesidio ..*] s. Herod. 7, 220; *in praesidio* = ‘auf dem (ihm anvertrauten) Posten’: *creditae urbis* ist dazu Epexegese und zu *creditae* ist *sibi* zu denken; zur Sache vgl. 24, 37, 9; 28, 6, 6. — *Thraecibus*] s. 31, 15, 11. — *omnes*] er und seine Klienten; dafs die Besatzung entlassen ist, geht aus *pactus* § 9 und *cum paucis* hervor.

12. *haec ..*] s. 31, 47, 3. — Nachdem Livius, dem Polybios folgend, die Kriegsereignisse in Griechenland dargestellt hat, berichtet er Kap. 26—31 mehrere nicht zusammenhängende Einzelheiten aus anderen Teilen des römischen Reiches nach den Annalen.

26. Ereignisse in Gallien. Sklavenverschwörung. Zon. 9, 16; Oros. 4, 20.

1. *nihil sane*] wie *haud sane* 21, 32. 10.

2 stum. cum duos exercitus in provincia habuisset, unum reten-
tum, quem dimitti oportebat, cui L. Cornelius proconsul prae-
fuerat — ipse ei C. Helvium praetorem praefecit —, alterum,
3 quem in provinciam adduxit, totum prope annum Cremonensi-
bus Placentinisque cogendis redire in colonias, unde belli casibus
dissipati erant, consumpsit.
4 Quem ad modum Gallia praeter spem quieta eo anno fuit,
5 ita circa urbem servilis prope tumultus est excitatus. obsides
Carthaginiensium Setiae custodiebantur. cum iis, ut principum
6 liberis, magna vis servorum erat. augebant eorum numerum, ut
ab recenti Africo bello, et ab ipsis Setinis captiva aliquot natio-
7 nis eius empta ex praeda mancipia. *ii* cum coniurationem fecis-
sent, missis ex eo numero, primum qui in Setino agro, deinde
circa Norbam et Cerceios servitia sollicitarent, satis iam omnibus
praeparatis, ludis, qui Setiae prope diem futuri erant, spectaculo
8 intentum populum adgredi statuerant; Setia per caedem et re-
pentinum tumultum capta Norbam et Cerceios occupare * * *
servitia. huius rei tam foedae indicium Romam ad L. Cornelium
9 Lentulum praetorem urbanum delatum est. servi duo ante lucem

2. *habuisset*] man erwartete *haberet*; vgl. zu 38, 58, 9. — *oportebat*] s. 9, 5. — *ipse*] er selbst in eigener Machtvollkommenheit, gegen den Beschlufs des Senats, obgleich es 8, 3 nicht so bestimmt ausgesprochen ist, dafs alle entlassen werden sollen. — *quem .. adduxit*] man erwartete *adduxerat*; s. zu 1, 1, 1.

3. *cogendis*] also erst jetzt wird nach den Einfällen der Gallier (s. 31, 10, 3. 47, 7 ff.; vgl. 33, 23, 1; 34, 22, 3) die Stadt dürftig wiederhergestellt.

4. *praeter spem*] s. 31. 47, 5. — *circa urbem*] in Latium, nicht in unmittelbarer Nähe Roms. — *tumultus*] wie bei den Einfällen der Gallier, daher auch das Verfahren § 11. — *Setiae*] vgl. zu 2, 4.

6. *eorum numerum*] ebenso 25, 1, 8; 33, 24, 9; § 7: *eo numero*; vgl. 29, 6, 4; Anton Stud. 1, 89. — *augebant*] bezeichnet die Handlung des Vermehrens als noch ununterbrochen andauernd; s. 21, 27, 4: *dividebatur*; Caes. BG. 6, 32, 5: *manebant*; vgl. 24, 6 u. a.; das Subjekt ist *mancipia*. — *ut ab recenti Africo bello*] wie natürlich infolge des eben beendeten afrikanischen Krieges, da nach diesem viele Gefangene (aus Afrika) verkauft worden waren; über *ab* s. 14, 6. 8; 5. 28, 7. 44, 6; 30, 6, 1. — *captiva . .*] *captiva mancipia* gehört zusammen, = 'kriegsgefangene Sklaven'; dies wird durch *ab . . Setinis empta ex praeda* näher bestimmt, um anzugeben, wie diese *mancipia* nach Setia gekommen sind. — *nationis eius*] ist aus *Africo* zu erklären. — *empta*] s. 41, 6, 10: *mancipia argento parata*.

7. *primum qui . .*] über die Nachstellung des Pronomens s. 2, 8, 1; 5, 14, 4; 9, 32, 11; 27, 11, 7. 12. 17; 35, 43, 4; 39, 47, 8; 42. 1, 11. 11, 2. 56, 3; 43, 21, 8; 44, 8, 3; 45, 12, 5. 13, 2. 18, 2; vgl. zu 1, 26, 1. — *Norbam*]*

8. *Norbam*]* — *Lentulum*] ein Irrtum des Liv. oder seiner Quelle, da auch Zon. sagt: *οἱ δοῦλοι . . καθηρέθησαν ὑπὸ Κορνηλίου Λεντούλου*; vgl. 7, 13, 8, 5. — *urbanum*]*

ad eum venerunt atque ordine omnia, quae facta futuraque erant,
exposuerunt. quibus domi custodiri iussis, praetor senatu vocato 10
edoctoque, quae indices adferrent, proficisci ad eam coniuratio-
nem quaerendam atque opprimendam iussus, cum quinque le- 11
gatis profectus obvios in agris sacramento rogatos arma capere
et sequi cogebat. hoc tumultuario dilectu duobus milibus ferme 12
hominum armatis Setiam omnibus, quo pergeret, ignaris venit.
ibi raptim principibus coniurationis comprehensis fuga servorum 13
ex oppido facta est. dimissis deinde per agros, qui vestigarent
* * *. egregia duorum opera servorum indicum et unius liberi 14
fuit. ei centum milia gravis aeris dari patres iusserunt, servis
vicena quina milia aeris et libertatem; pretium eorum ex aera-

9. *ante lucem*] s. 7, 5, 3; Sall. C. 28, 1; die ersten Morgenstunden, in denen die vornehmen Römer Audienz gaben. Dem Stadtprätor wird die Anzeige gemacht, weil die Konsuln nicht anwesend sind. — *facta* futuraque*] s. 8, 7, 12: *facti futurique*; Cic. de or. 2, 113: *quid fiat, factum futurumve sit*; ebd. 104; or. part. 64; de fato 17 u. a.; vgl. 17, 5.

10. *senatu vocato . .*] s. zu 25, 4, 1. — *quaerendam*] der Senat allein erteilt ihm, da es sich hier um Bundesgenossen handelt, die Vollmacht, die Untersuchungen zu halten; s. 1, 7; vgl. 9, 24, 14; 29, 20, 4; 31, 12, 3; 39, 14, 6. — *opprimendam*] da er nach dem Folgenden auch eine Militärmacht hat, so übt er, obgleich Stadtprätor, auch das Imperium militare aus; s. zu 22, 57, 8; 40, 26, 7; vgl. 41, 5, 8.

11. *quinque legatis*] s. 29, 20, 4. — *sacramento rogatos*] nach oder gemäfs dem (ihnen vorgesagten) Eide gefragt, näml. ob sie sich nach demselben verpflichten wollen, d. h. nachdem er sie den (vorgesagten) Eid, hier den Fahneneid, hat ablegen lassen; s. 40, 26, 7; Caes. BG. 6, 1, 2; ähnlich *sacramento adigere*; s. 3, 20, 4; 4, 5, 2; beides wird von dem gesagt, welchem der Eid geleistet wird; dagegen von dem, welcher sich verpflichtet, heifst es *sacramento dicere*; s. 2, 24, 7; 4, 53, 2. 8; 24, 8, 18; 25, 5, 8; vgl. 28, 29, 12: *in verba P. Scipionis iurant*; Caes. BC. 1, 23, 5. Das Ganze giebt ein treues Bild des bei dem Tumultus beobachteten Verfahrens; s. 7, 9, 6; 8, 17, 6. 20, 3; 34, 56, 11; Cic. Phil. 8, 1.

12. *omnibus*] die Soldaten, nicht die Legaten.

13. *qui vestigarent*] s. 31, 19, 2; wahrscheinlich ist der Bericht über den Erfolg der Sendung und die Bestrafung der Schuldigen (s. § 16) ausgefallen; vgl. Periocha: *duo milia quingenti necati* und die St. aus Zon. zu § 8.

14. *servorum indicum*] wie *exercitus victor, legatus fetialis* 9, 10, 10 u. a. gesagt. — *centum milia gravis aeris*] er bekam so viel, dafs er in die erste Klasse eintreten konnte. — *vicena quina*] s. 4, 45, 2; 22, 33, 10; 26, 27, 9; anders 4, 61, 10; vgl. Dion 5, 57. — *aeris*] natürlich auch *gravis*, wie vorher; der Libralas stand damals dem Sesterz gleich, die alte Benennung wurde jedoch in öffentlichen Verhältnissen beibehalten; s. 22, 10, 7; vgl. 45, 15, 2; Mms. MW. 302, 40; Nissen 108. Die Sklaven können so in die vierte Klasse eintreten. Dafs die drei Genannten römische Bürger geworden seien, ist nicht gesagt; aber in Setia wurde nach 29, 15, 10 der Census nach derselben Norm wie in Rom gehalten. — *ex aerario*] ebenso wohl auch die vorhergehen-

15 rio solutum est dominis. haud ita multo post ex eiusdem con-
iurationis reliquiis nuntiatum est servitia Praeneste occupatura.
16 eo L. Cornelius praetor profectus de quingentis fere hominibus,
qui in ea noxa erant, supplicium sumpsit. in timore civitas fuit
17 obsides captivosque Poenorum ea moliri. itaque et Romae vigi-
liae per vicos servatae iussique circumire eas minores magi-
stratus, et triumviri carceris lautumiarum intentiorem custodiam
18 habere iussi, et circa nomen Latinum a praetore litterae mis-
sae, ut et obsides in privato servarentur neque in publicum

den Summen, beide nach einem Senatsbeschlusse.

16. *eo* . .] obgleich Präneste und die vorher genannten Städte selbständige Bundesstaaten sind, hält doch der römische Prätor ohne weiteres in denselben Gericht infolge des Auftrages vom Senate, der über die Sicherheit Italiens zu wachen hat; s. § 10. 18. — *in timore* . . *fuit obsides* . . *moliri*] s. 2, 7, 9.

17. *per vicos*] nach Quartieren. — *servatae*] s. 33, 4, 2. — *circumire*] näml. in den Privathäusern, in denen die *obsides* untergebracht waren, während die *captivi* in dem eigentlichen Staatsgefängnisse interniert sind. — *minores magistratus*] Liv. scheint damit die Ädilen zu bezeichnen, da im folgenden die *triumviri capitales* noch besonders erwähnt werden; die Ädilen wurden eigentlich zu den *minores magistratus* gerechnet (s. Gell. 13, 15, 4; vgl. Cic. de leg. 3, 6 f.); doch gebraucht Liv. 39, 16, 12 *minoribus magistratibus* (vgl. ebd. 14, 10. 17, 5) von den *triumviri capitales*. — *triumviri*] sie werden entweder nur *tresviri* genannt (s. Plaut. Amph. 155) oder *triumviri* (s. Gell. 3,3, 15) oder *triumviri capitales* (s. 25, 1, 10; 39, 14, 10) oder *triumviri nocturni*; s. 9, 46, 3; vgl. Digest. 1, 2, 30: *triumviri capitales*, *qui carceris custodiam haberent*, *ut*, *cum animadverti deberet*, *eorum interventu fieret*; ferner haben sie als Gehülfen der Ädilen für die Sicherheit der Stadt in der Nacht zu sorgen, haben die Inspektion der Wachen u. a.; Lange 1, 651. — *carceris lautumiarum*] die *lautumiae* waren nach 26, 27, 3; 39, 44, 7 ein Platz, wahrscheinlich an der Nordostseite des Kapitolium und ursprünglich nach Steinbrüchen genannt. Dafs in denselben auch ein Gefängnis war, geht aus 37, 3, 8. 46, 5 hervor, zugleich dafs darin Kriegsgefangene eingeschlossen wurden; die Geiseln werden in latinische Städte gebracht (vgl. 45, 42, 4 f.) und *in privato*, d. h. in *libera custodia* gehalten; s. 24, 45, 10. Daher scheint auch an u. St. *carcer lautumiarum* dasselbe zu bedeuten wie 37, 3, 8 *lautumiae* und ein von dem alten *carcer* (s. 1, 33, 8) verschiedenes Gefängnis zu sein, welches nach dem Ankauf 39, 44, 7 vielleicht nicht mehr gebraucht wurde; später wird seiner wenigstens nur selten Erwähnung gethan; s. Varro L. L. 5, 151; Sen. Contr. 27. Die *triumviri* werden also beauftragt, auf das Gefängnis in den Lautumien wegen der hier eingeschlossenen Gefangenen zu achten.

18. *circa nomen Latinum*] s. zu 1, 9, 2. — *obsides*] die also nicht allein in Setia sind; s. § 4; 2, 4. — *et obsides* . . *et captivi*] entsprechen sich, *neque* ist in dem ersten Satze beigeordnet (s. § 17: *que* . . *et*) und gleichfalls von dem auf den ganzen Satz sich beziehenden *ut* abhängig, = *et* (*ut*) *ne*; vgl. 2, 32, 10; 3, 52, 11; 7, 31, 9; 21, 22, 6; 22, 10, 5; 30, 37, 3 u. a. —

prodeundi facultas daretur, et captivi ne minus decem pondo compedibus vincti in nulla alia quam in carceris publici custodia essent.

Eodem anno legati ab rege Attalo coronam auream ducen- 27
tum quadraginta sex pondo in Capitolio posuerunt gratiasque
senatui egere, quod Antiochus legatorum Romanorum auctoritate
motus finibus Attali exercitum deduxisset.

Eadem aestate equites ducenti et elephanti decem et tritici 2
modium ducenta milia ab rege Masinissa ad exercitum, qui in
Graecia erat, pervenerunt. item ex Sicilia Sardiniaque magni
commeatus et vestimenta exercitui missa. Siciliam M. Marcellus, 3
Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat, sanctus et innocens, asperior tamen in faenore coercendo habitus; fugatique ex insula 4
faeneratores et sumptus, quos in cultum praetorum socii facere
soliti erant, circumcisi aut sublati.

ne minus] ist zu einer Formel geworden (s. zu 28, 39, 19), so dafs *ne* seine ursprüngliche Bedeutung verloren hat, = 'nicht unter'; daher konnte *nulla* folgen; vgl. 1, 55, 9; zur Sache s. 6, 11, 8. — *carceris publici*] wie in Rom in den Lautumien; Gegensatz zu *in privato*.

27—29, 4. Wahlen. Verteilung der Provinzen. Prodigien.

1. *ab .. Attalo*] gehört als Attribut zu *legati*; s. 32, 5; 28, 9. 1. — *coronam . . pondo*] s. 22, 27, 5; vgl. zu 36, 35, 13. — *in Capitolio*] s. 28, 39, 18 u. a. — *quod .. deduxisset*] die 8, 9 erwähnte Gesandtschaft ist also nicht ohne Erfolg gewesen; s. 33, 19, 8.

2. *equites ..*] s. 31, 19, 4. — *elephanti**] vgl. zu 31, 36, 4. — *pervenerunt*] dieses Verbum wird auch von Sachen gebraucht, ist daher nicht allein auf *equites* zu beziehen. — *commeatus et vestimenta*] eine Erleichterung der Staatskasse; denn die römischen Soldaten hatten für beides, die Socii wenigstens für Kleider zu stehen, und das Gelieferte wurde ihnen am Solde abgezogen; s. Marq. 2, 91.

3. *Marcellus*] s. Lange 1, 201. — *Porcius*] s. 7, 13. — *sanctus*] rein, unbefleckt in Gesinnung und Absicht, *innocens*: unbescholten im Lebenswandel. — *asperior*] s. 39, 40, 10. — *faenore*] schon jetzt also, wie in gröfserem Mafsstabe später (s. Rein PR. 640), legen reiche römische Banquiers (*negotiatores*; im folgenden *faeneratores*, wohl römische Ritter) ihre Kapitalien zu hohen Zinsen in den Provinzen an, deren Finanzen infolge des punischen Krieges wahrscheinlich nicht weniger erschöpft waren, als die zu Rom; der hier erwähnte ist der erste Fall dieser Art. — *in cultum*] um ihnen das Leben angenehm zu machen, 'zu ihrem Comfort' oder 'um ihnen ihre Anhänglichkeit zu bezeugen'. Wahrscheinlich erhielten damals die Magistrate was zu ihren Bedürfnissen gehörte vom Staate geliefert (s. Cic. in Verr. 4, 9 f.), aber sie scheinen bereits angefangen zu haben, vieles von den Provinzialen zu fordern; vgl. 42, 1, 8; Plut. Cato m. 6: *τῶν πρὸ αὐτοῦ στρατηγῶν εἰωθότων χρῆσθαι σκηνώμασι δημοσίοις* .. — *circumcisi*] vgl. Cic. in Verr. 3, 208: *libidines resecare*; Cato selbst hat später in einer Lex die Forderungen der Magistrate beschränkt; s. CIL. 1, n. 204, II, 15: *neive quis magistratus .. inperato, quo quid magis iei dent, praebeant, ab ieisve aufe-*

5 Sex. Aelius consul. ex Gallia comitiorum causa Romam cum redisset, creavit consules C. Cornelium Cethegum et Q. Minucium
6 Rufum. biduo post praetorum comitia habita. sex praetores illo anno primum creati crescentibus iam provinciis et latius pate-
7 scente imperio; creati autem hi: *L.* Manlius Volso, C. Sempronius Tuditanus, M. Sergius Silus, M. Helvius, M. Minucius Rufus, L. Atilius — Sempronius et Helvius ex iis aediles plebis erant —;
8 curules aediles Q. Minucius Thermus et Ti. Sempronius Longus. ludi Romani eo anno quater instaurati.

28 C. Cornelio et Q. Minucio consulibus omnium primum de
2 provinciis consulum praetorumque actum. prius de praetoribus transacta res, quae transigi sorte poterat. urbana Sergio, peregrina iurisdictio Minucio obtigit; Sardiniam Atilius, Siciliam

ratur, nisei quod eos ex lege Porcia dare praebere oportet, oportebit; vgl. Lange 2, 180.

5. *Cethegum*] s. 7. 14; er hat also nach der Ädilität sogleich das Konsulat erlangt; vgl. 7, 9; er ist der letzte vor Pompeius, der, ohne Prätor gewesen zu sein, dieses Amt bekleidete; vgl. Nipperdey, Leg. ann. 39. — *Minucium*] s. 1, 7; 31. 4, 7. 13, 1.

6. *biduo*] s. 33, 24, 1. — *sex*] vorher sind vier Prätoren gewählt worden; s. Per. 20; vgl. Mms. StR. 2², 190. — *crescentibus..provinciis*] da die Geschäftskreise, die nur von Magistratus cum imperio verwaltet werden konnten (s. 3, 2, 3), umfangreicher wurden, so daſs mehrere sich in dieselbe teilen muſsten; nach 28, 11 erfolgte die Vermehrung besonders wegen Spanien (s. Lange 1, 566; Marq. 1, 252), und man könnte nach dieser Stelle eher eine Vermehrung der Zahl der Provinzen erwarten, was aber nicht in *crescere* liegt.

7. *M. Sergius*] ein Mann wie Siccius Dentatus; s. zu 3, 43, 2; vgl. Plin. 7, 104: *M. Sergio, ut equidem arbitror, nemo quemquam hominum iure praetulerit, licet pronepos Catilina gratiam nomini deroget. secundo stipendio dextram manum perdidit, stipendiis duobus ter et viciens volneratus est, ob id neutra manu, neutro pede satis utilis . . sinistra manu sola quater pugnavit, duobus equis insidente eo subfossis. dextram sibi ferream fecit* (Götz v. Berlichingen) *eaque religata proeliatus Cremonam obsidione exemit, Placentiam tutatus est, duodena castra hostium in Gallia cepit.* Liv. hat von allem diesem nichts berührt. — *Atilius*]* — *aediles plebis*] s. 31. 4, 7.

8. *Ti.*]*

28, 1. *omnium primum*] s. 22, 9, 7.

2. *quae transigi sorte poterat*] ist ein nicht genauer Ausdruck, da auch die Konsularprovinzen gewöhnlich durch das Los bestimmt werden; dieses Mal war nur die Festsetzung, welche Provinzen konsularische sein sollten, streitig, die der Prätoren dagegen waren ohne Zweifel; s. 34, 55, 5; Mms. StR. 1², 53, 4. — *peregrina*] diese kann nach der Vermehrung der Präturen wieder besetzt werden (s. 8, 3), und nur selten wird von jetzt an die Iurisdictio peregrina mit der urbana zusammen als ein Amt verlost; s. 35, 41, 6; 36, 2, 6; 37, 50, 8; anderer Art ist 39, 39, 15. — *iurisdictio*] s. zu 27, 26, 10; gehört auch zu *urbana*; s. 39, 16, 4; 42, 14, 6. —

Manlius, Hispanias Sempronius citeriorem, Helvius ulteriorem
est sortitus. consulibus Italiam Macedoniamque sortiri paran- 3
tibus L. Oppius et Q. Fulvius tribuni plebis impedimento erant,
quod longinqua provincia Macedonia esset, neque ulla alia res 4
maius bello impedimentum ad eam diem fuisset, quam quod
vixdum inchoatis rebus in ipso conatu gerendi belli prior consul
revocaretur. quartum iam annum esse ab decreto Macedonico 5
bello. quaerendo regem et exercitum eius Sulpicium maiorem
partem anni absumpsisse. Villium congredientem cum hoste in-
fecta re revocatum. Quinctium rebus divinis Romae maiorem 6
partem anni retentum ita gessisse tamen res, ut, si aut maturius
in provinciam venisset, aut hiems magis sera fuisset, potuerit
debellare; nunc prope in hiberna profectum ita comparare dici 7
bellum, ut, nisi successor impediat, perfecturus aestate proxima
videatur. his orationibus pervicerunt, ut consules in senatus 8
auctoritate fore dicerent se, si idem tribuni plebis facerent. per-
mittentibus utrisque liberam consultationem patres consulibus
ambobus Italiam provinciam decreverunt, T. Quinctio proroga- 9

Hispanias] s. zu 26, 33, 8. — *citeriorem .. ulteriorem*] längere Zeit sind Privatleute cum imperio nach Spanien geschickt worden (s. 26, 19, 9; 28, 38, 1; vgl. 31, 20, 1; 30, 41, 5; 32, 7, 4), was aus dem eben angeführten Grunde nicht mehr nötig ist.

3. *Oppius* (*Salinator*)] s. 35, 23, 7; 36, 2, 6; vgl. 32, 7: *summa vi* ..; eine andere Partei ist 7, 9 thätig.

4. *vixdum inchoatis* ..] s. 36, 12, 5; zu 22, 4, 4. — *in ipso conatu*] s. 9, 18, 14; 24, 8, 8: *in apparatu ipso ac tantum inchoantibus res annus circumagitur.* — *prior* ..] d. h. jedesmal der Vorgänger.

